a) miliari c

+ f. CCLXa

uxor
a) ex prius pg c
prius del
recenti manu

b) huit c, addidit in marg. corr

~~habuit [illegible] in marg. dixit~~

vel.

Ffrid.

pat'ni
patrui

missn ~~Missn~~

a. R. J. d. Tj. De Theoderico fratre Ottonis.

~~c) Mesconis [illegible]~~

Jd. d. Tj.

+ f. CCLXb

d. in marg. sin. Castrum Landisberg edificatur.

e) in marg. Monasterium Dobirlug edificatur.

strennuus

posset, a viris in gestario ad hoc ipsum compositis
portabatur. Verum emenso unius miliari
spacio, ingravescente molestia, etiam portari
non sufferens, in villa quadam Himelsdorff
depositus, itique defunctus est VIII Kl. Julii, ut
in cronica Peroni Montis hec omnia clare haben-
tur, sepultusque est in Cella iuxta patrem
suum. Uxor vero eius Sophia, filia ducis Bohe-
mie, fratris Odackari, ex post a infra XXX
dies eodem veneno extincta est. Hic Albertus
nullum reliquit filium, sed filiam habuit,
quam habuit b) Hermannus de Lobeborg in uxo-
rem. Sicque Albertus digno Dei iudicio punitus
et pignore heredis iuste destitutus iuxta senten-
ciam veritatis: honora patrem et matrem, ut
sis longevus, saltem in generacione sua super
terram merito posteritas cessavit.

Collaterales Ottonis.

Visum est iam de factis et gestis Ottonis
marchionis, filii Conradi, qui est prothus et
stipes principum nostrorum, Friderici et
Wilhelmi fratrum et Friderici, eorum patrui,
marchionum Misnensium et lantgra-
viorum Thuringie. Nunc de eius fratribus
tamquam collateralibus est videndum et
primo de Theoderico marchione Lusacie et
marchione de Yslebourh. Hic Theodericus frater
Ottonis accepit c) uxorem sororem Mesconis
ducis Polonie, Dobergenam nomine, que et
Luckardis vocabatur. Hic Theodericus primo
edificavit castrum Landisberg, fundavit
civitatem Schildow, fundavit d) ~~monasterium~~
monasterium Cisterciensis ordinis solempne
et dives in Dobirlug, imitatus in hoc fratrem
suum Ottonem, qui Cellam veterem fun-
daverat. Hic marchio, vir prudens et strennuus,
potens et dives, parrochiam in Ysleborg cum
capella castri monasterio sancti Petri donavit.
Item capellam in castro Landisberg una